

✠ **In** nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Temporibus domini sergii gloriosi ducis et imperialis patricii anno septimo decimo. et quarto anno domini iohannis gloriosi ducis filii eius. die quinta decima mensis magii indictione prima amalfe. Certum est me iohanne presbyter filio domini petri presbyteri de sancto iohanne de aquola. a presenti die promptissima voluntate scrivere et firmare visi sumus vobis iohanni filio ursi de maurone. quam et vobis iohanni et mauro germanis filii leonis rogadeum. nec non et vobis sergio et urso et iohanni et boni germanis filiis quondam stefani de urso maurone. Similiter et vobis iohanni et urso filii ursi mucilo. et maurum filiis constantini de rosa. et urso mastalo seu mauro genitorem et filio. et leoni filio mauri deiusto. quam et vobis constantino filius iohannis deiusto. et constantino filio leonis mastatola. et vobis urso et mauro filio sergii pironti. seu et vobis leoni rogadeum. et urso filius sergii de mauro rogadeum. et leoni filius mauri de eufimia. Qui estis parentes et commanentes de loco rabelli. hanc chartulam venditionis et quod inspirante domini clementia. Placuit vobis fabricare et dedicare ecclesia ad honorem beati iohannis precursoris domini atque baptiste in eodem loco rabelli pro redemptione animabus vestris cepistis nobis loqui. ut si vobis venderemus ipsum insertetum quod habuimus ividem in loco rabelli at toranum propria de ipse ecclesie vestra sancti iohannis ividem suprascripta hecclesia faceretis. et tota ipsa terra de suprascripto inserteto in predicta hecclesia daretis. Quapropter et nos considerantes vestram bonam voluntatem. et considerantes iterum quod melior eveniret at pars nostre hecclesie

✠ **Nel** nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nei tempi del decimo settimo anno del signore Sergio glorioso duca e patrizio imperiale e nel quarto anno del signore Giovanni, suo figlio, glorioso duca, nel giorno quindicesimo del mese di maggio, prima indizione, **amalfe**. Certo è che io presbitero Giovanni, figlio di domino Pietro presbitero di san Giovanni **de aquola**, dal giorno presente con prontissima volontà abbiamo ritenuto opportuno scrivere e confermare a voi Giovanni, figlio di Urso **de maurone**, ed anche a voi Giovanni e Mauro fratelli, figli di Leone **rogadeum**, nonché a voi Sergio e Urso e Giovanni e Bono fratelli, figli del fu Stefano **de urso maurone**, similmente anche a voi Giovanni e Urso, figli di Urso **mucilo**, e Mauro, figlio di Costantino **de rosa**, e Urso Mastalo e Mauro, genitore e figlio, e Leoni, figlio di Mauro **deiusto**, ed anche a voi Costantino, figlio di Giovanni **deiusto**, e Costantino, figlio di Leone **mastatola**, e a voi Urso e Mauro, figlio di Sergio **pironti**, e anche a voi Leone **rogadeum**, e Urso figlio di Sergio **de mauro rogadeum**, e Leone, figlio di Mauro **de eufimia**, che siete parenti e abitanti del luogo **rabelli**, questo atto di vendita. E poiché con l'ispirazione della bontà del Signore fu a voi gradito costruire una chiesa e dedicarla in onore del beato Giovanni, precursore del Signore e battista, nello stesso luogo **rabelli** per la redenzione delle vostre anime, incominciaste a dirci che se avessimo venduto a voi l'inserteto che abbiamo ivi nel luogo **rabelli at toranum** come cosa propria della stessa chiesa vostra di san Giovanni, ivi avreste fatta la soprascritta chiesa e avreste dato alla predetta chiesa tutta la stessa terra dell'anzidetto inserteto. Per il qual motivo noi considerando la vostra buona volontà

predicte sancti iohannis si vobis vendiremus predictum insertetum ut ividem suprascriptam hecclesiam faceretis et de ipsis solidis pararemus aliam hereditatem ad predictam hecclesiam nostram sancti iohannis. quam si ipsum predictum insertetum haberemus et frugiareremus. ideo a presenti die et tempore prona atque spontanea voluntate. Venumdedimus atque et in presenti cessimus et contradidimus vobis omnibus suprascriptis parentibus et consortes soprascripte hecclesie. Idest plenarium et integrum ipsum iamdictum insertetum nostrum et vinea quam et terra bacua tota uno teniente ividem in rabelli positum in predicto loco torani. qui nobis obbenerunt pro parte predicte hecclesie nostre sancti iohannis de aquola. et sancti petri apostoli de serea. et reclaramus vobis exinde ipsas fines qualiter et quomodo eos habere et possidere debeas. a supra namque ponitur fini ipsa via puplica et viam exinde habetis de subtus itaque ponitur iterum fini via puplica et plenarius ipse murus fabritus vester siat. de uno vero latere a parte meridie fini fintuli eredibus leonis mannarola usque ad ipsum angulum et ad ipsum predictum angulum rebolbet inde a meridie per pedem de ipso leone de mannarola et badit usque in fines de iohanne lamberto quod comparavit a sergio ferraci. et iam per finem de sergio ferraci descendet usque in via puplica per ipsos termines sabucos qui ividem sunt positi: et de alio latere a parte septentrionis fini ipsos termines sabucos quos posuimus inter istud et causa leoni franco: et expedicata eius finem descendet per finem de urso cunso usque in finem de leone filio sergii a turello: et per fine de suprascripto leone descendet usque in pedem in ipsum sabucum grossum qui est in caput de ipso muro de suprascripto leone filio

e considerando del pari per la parte nostra della predetta chiesa di san Giovanni se fosse meglio che vendevamo a voi il predetto inserteto affinché ivi voi faceste l'anzidetta chiesa e con gli stessi solidi costituissimo un altro possedimento per la suddetta nostra chiesa di san Giovanni o piuttosto se avessimo e godessimo i frutti del predetto inserteto. Pertanto dal giorno e tempo presente e con pronta e spontanea volontà, abbiamo venduto e in presente ceduto e consegnato a voi tutti soprascritti parenti e vicini, per la suddetta chiesa, in pieno e per intero il predetto nostro inserteto nonché la vigna e la terra libera l'un altro adiacenti siti in **rabelli** nel predetto luogo **torani**, che a noi pervennero da parte delle predette chiese nostre di san Giovanni **de aquola** e di san Pietro apostolo **de serea** e dichiariamo pertanto a voi i confini quali e come li deve avere e possedere. Da sopra infatti é posta la via pubblica e pertanto avete passaggio, da sotto poi é posta parimenti come confine la via pubblica e il muro costruito sia del tutto vostro, da un lato invero dalla parte di mezzogiorno la terra di **fintuli**, erede di Leone **mannarola**, fino all'angolo e al predetto angolo gira quindi dalla parte di mezzogiorno davanti allo stesso Leone **de mannarola** e va fino alla terra di Giovanni Lamberto, che la comprò da Sergio **ferraci**, e già per il confine di Sergio **ferraci** discende fino alla via pubblica lungo i sambuchi come termini che ivi sono posti, e dall'altro lato dalla parte di settentrione come confini gli stessi sambuchi come termini che abbiamo posto tra questo e la proprietà di Leone Franco, e superato tale confine discende per il confine di Urso Cunso fino alla terra di Leone, figlio di Sergio **a turello**, e per il confine del predetto Leone discende fino ai piedi del grosso sambuco che é in capo al muro del predetto Leone, figlio di Sergio **a turello**, con le integre sue vie e con tutte le cose

sergii a turello cum salve vie sue et omnia infra se habentibus unde nihil vobis exceptuavimus et unde nobis ividem aliquod non remansit. Chartam exinde non habuimus quam vobis exinde daremus. quia ab antiquis temporibus eos habuimus et dominavimus nos et nostris parentibus cum suprascripte hecclesie. et firmavimus vobis ut si aput nos et nostros heredes charta exinde fuerit imbenta qui siat propria de heo quod vobis vendivimus. mittamus eam at potestatem vestram et de rectoribus suprascripte hecclesie vestre sine vestra damnietate et de heredibus vestris. Unde accepimus a vobis exinde plenariam nostram sanationem idest aureos solidos nonaginta septe ana tari quattuor per solidi sicuti inter nos convenit. Unde comparavimus at vicem in suprascripta hecclesia nostra sancti iohannis ipsum insertetum de transmonti de domino sergio filio sergii de maurone comite in omnem deliberationem et in omnem decisionem. Ut a nunc die presenti et in perpetuis temporibus. plenaria suprascripta hereditate. sicut per fines ex omni parte vobis eam reclaravimus. cum omnibus infra se habentibus sit in potestate vestra et de rectoribus suprascripte hecclesie vestre sancti iohannis. at habendum et possidendum frugiandum et dominandum. in perpetuum. et pro hutilitate suprascripte hecclesie vestre faciendum exinde vos et heredes vestri omnia que volueritis sine omni nostra et nostris heredibus contrarietate aut aliquam requesitionem insuper nos et heredes nostri vobis et at heredibus vestris seu at rectores iamdicte hecclesie vestre. omni tempore ab omne homine omnique persona extranea vel de genere nostro eos antestare et defensare promittimus. Quod si minime vobis exinde fecerimus. obligamus nos et nostros heredes. at componendum vobis et in predicta hecclesia vestra sancti

con le integre sue vie e con tutte le cose che entro vi sono, di cui dunque di niente facemmo eccezione per voi e di cui niente ivi rimase a noi. Non abbiamo dunque atto che possiamo darvi poich  noi e i nostri parenti con l'anzidetta chiesa lo abbiamo e possediamo da tempi antichi e vi dichiariamo che se presso di noi e i nostri eredi fosse pertanto rinvenuto un atto che sia proprio di quello che via abbiamo venduto, lo rimettiamo in potest  vostra e dei rettori della predetta vostra chiesa senza danno vostro e dei vostri eredi. Onde abbiamo pertanto accettato da voi con piena nostra soddisfazione novantasette solidi d'oro, ciascuno di quattro taren  per solido, come fu tra noi convenuto, da cui comprammo altres  per la predetta chiesa nostra di san Giovanni l'inserteto di **transmonti** di domino Sergio figlio di Sergio **de maurone** conte, in ogni deliberazione e in ogni decisione, affin  da ora, dal giorno presente e in perpetuo, il pieno anzidetto possedimento, come per confini da ogni parte abbiamo dichiarato, con tutte le cose che vi sono entro di esso, sia in potest  vostra e dei rettori della predetta vostra chiesa di san Giovanni affin  lo abbia e lo possieda e ne goda i frutti e lo domini in perpetuo e affin  voi e i vostri eredi per utilit  dell'anzidetta chiesa ne facciate dunque tutto quel che vorrete senza alcuna contrariet  o qualsiavoglia richiesta di noi e dei nostri eredi. Inoltre noi e i nostri eredi promettiamo di sostenerlo e difenderlo per voi e per i vostri eredi e per i rettori della predetta vostra chiesa, in ogni tempo da ogni uomo e da ogni persona, estranea o della nostra famiglia. Il che se per niente dunque facessimo, prendiamo obbligo noi e i nostri eredi di pagare come ammenda a voi e alla predetta chiedo costra di san Giovanni duecento solidi d'oro di Bisanzio e questo atto di vendita, come sopra si legge, sia ferma in perpetuo. Pertanto se mai fosse

iohannis aureos solidos ducentos bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma in perpetuum. Charta exinde si inbenta fuerit aliquando aput qualemcumque persona. qui siat propria de ista predicta hereditate quam vobis vendivimus. et non eam nos et nostri heredes miserimus at potestatem vestram et de heredibus vestris sine vestra damnietate tunc. damnum qualem exinde vobis venerit aut at predictam hecclesiam vestram. restaurare vos promittimus in dupplo de ipsis nostris hereditatibus et substantiis. quia sic nobis stetit. Ego guttus scriniarius scriba testis sum.

✠ ego iohannes filius leonis de gutto testis sum ✠ ego leo filius musco de sergio comite testis sum ✠ ego iohannes filius leonis de consule de leone comite testis sum:

✠ manso filius leonis de constantino de leone comite testis sum:

✠ Ego constantinus presbyter et scriba huius civitatis amalfi. hanc chartam venditionis rogatus a suprascripto iohanne presbytero manu propria scripsi.

ritrovato atto presso qualsiasi persona che sia proprio di questo anzidetto bene che vi abbiamo venduto e noi e i nostri eredi non la rimettessimo alla potestà vostra e dei vostri eredi senza vostro danno, allora il danno quale pertanto venisse a voi a alla predetta chiesa vostra, vi promettiamo di rimborsare in doppio dai nostri stessi beni e sostanze. Poiché così fu tra noi stabilito. Io **guttus** scriniario e scrivano sono testimone.

✠ Io Giovanni, figlio di Leone **de gutto**, sono testimone. ✠ Io Leone, figlio di **musco de sergio comite**, sono testimone. ✠ Io Giovanni, figlio di Leone **de consule de leone comite**, sono testimone.

✠ Io **manso**, figlio di Leone **de constantino de leone comite**, sono testimone.

✠ Io Costantino, presbitero e scrivano di questa città di **amalfi**, questo atto di vendita rogato dal soprascritto presbitero Giovanni di mano propria scrissi.